

Letter 471: 4 April 1532, [Strasbourg], Capito to Johannes Schwebel

Printed in *Centuria*, pp. 160-1, no. 51.

Wolffgangus Capito Iohanni Schwebelio commendat aliquem.

Gratiam et pacem. Hominem ad pueros docendos, magis quam idoneum, qui nunc vacet munere habemus neminem, quam sit ille, qui has ad te perferendas accepit, et in hoc missus est, ut praeceptoris partibus apud vos defungatur. Quod si quid in eo literarum humaniorum desideras, id facile tua opera, teque praeunte sarciet. Pius est admodum et vitae innocentissimae. Michael Hispachius, ut eius gener affirmat, istuc non migrabit, nam in spe est conditionis hic assequendae, sicut magistratus ei perbenigne pollicetur. Quare hunc virum tibi habeas commendatum, et utere arbitrio tuo, erit ab obsequio tibi, tanquam parenti. Vale. 4 Aprilis 1532.